

Collegio Waterfordensi in Hibernia ex facultate R. P. Generalis
donatum a P. Paulo Sherlogo anno 1623-

OPUSCULUM
CIRCA CONSTITUTIONEM SUMMI

Pontificis Pauli V. in Confessarios ad actus inhonestos foeminas in Sacramentali Confessione allicientes.

Cum additionibus ex Sanctissimi D. N. Papa Gregorij XV. Constitutione
novissima,

Nonnullae etiam difficultates ad alia Apostolica decreta contra
non presbyteros Missas celebrantes, ac confessiones au-
dientes enodantur.

Sacra Deiparae de Rosario dicatum.

Autore Fr. Antonio de Sousa Vlyssiponensi ex Praedicatorum fa-
milia sacrae Theologiae Magistro, & sanctae Inquisitionis
Vlyssiponensis Deputato.

~~Cap. 26. Nova~~

ex Libreria
R. del Gley
de Salam.



Cum facultate sanctae Inquisitionis, Ordinarij, & Regis.

VLYSSIP. Ex officina Gerardi à Vinca. Anno 1623.



TENOR DECRETI.

DILECTO FILIO IN PORTUGALLIA, & Algarbiorum regnis hæreticæ prauitatis, Inquisitori Generali, nunc & pro tempore existenti.

PAVLVS PAPA V.

Dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. Cū sicut, non sine animi nostri molestia accepimus; diuersi Sacerdotes in regnis Portugallie & Algarbiorū, ac eorum ciuitatibus, & Diacesibus, ac Dominijs, curam animarum habentes, siue eā pro alijs exercentes, aut aliās audiendis confessionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem; vt Sacramento pœnitentiæ in sacramentali confessione abutantur: nec illi, & qui id instituit Domino Deo, & Saluatori Noſtro Iesu Christo iniuriã facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones, alliciendo, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando; ac loco earum per sacramentum huiusmodi, Creatori Noſtro reconciliationis grauiorū peccatorum mole, eas onerando, & in manus diaboli trahendo, in diuina Maieſtatis offensam, & animarum perniciem, ac Christi fidelium scandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeunt, quòd qui de fide Chatholica rectè sentiunt, Sacramentis à Christo Domino Noſtro institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant: tibi per presentes cõmittimus, & mandamus; quatenus, prout in alijs causis sancti Officij fieri solet, per te vel alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos, contra omnes

A

& singu-